

Item supplicat Petrus brynolphi clericus Arosiensis diocesis ad collationem &c. Episcopi Vexionensis &c. cum clausulis ut supra.

Item supplicat Olauus Vlphonis clericus Strengenensis diocesis ad collationem &c. Episcopi Scarensis &c. cum clausulis ut supra.

Item supplicat Petrus geruati clericus Strengenensis diocesis ad collationem &c. Episcopi Aboensis &c. cum clausulis ut supra.

Item supplicat nicholaus Magni subdiaconus lyncopensis diocesis ad collationem &c. Episcopi lundensis cum clausulis ut supra.

Item supplicat siguastus olauī clericus vpsalensis diocesis ad collationem &c. Hamarensis Episcopi &c. cum clausulis ut supra.

Item supplicat Andreas Stenari clericus Osloensis diocesis scholaris in Jure canonico de canonicatu et prebenda ad collationem Episcopi Osloensis cum plenitudine iuris et clausulis oportunis vt in forma . . — *Fiat pro istis decem in forma usque et cetera. R.* — Et quod transeat sine alia lectione. — *Fiat. R.* Datum Auinione .IIII. nonas Aprilis Anno Quinto.

4162.

1347 d. 2 April.

Stockholm.

FRÖVIN och GERARD af Ralten, borgare i Stockholm, uppräknä efter ett bref, som de sett, alla de i Upsala stift belägna gods, som tillhöra det kapell (S:t Martini præbenda), hvilket Johan Geysmer stiftat i Stockholm. (Jfr. N. 3274, 4136, 4143).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, frowinus et gher[ardus] de ralten ciues stokholmenses, in domino salutem sempiternam. Recognoscimus per presentes manifeste. Nos quasdam apertas vidisse litteras, sub saluis et veris sigillis sigillatas, ad vsus capelle stokholmis fundate, per johannem gysmer pie memorie, tot oras, aut solidos terre, prout subsequitur in se continentes. Primo quidem in villa mýsinghæ parochia fittiæ. IX. ore terre. In wappæ parochia thýllinghæ. XI. solidi terre. In kolhamær parochia odhinsargh. XIII:or solidi terre. In rinkaby. parochia danærø. VII. solidi terre, minus quarta parte vnus solidi terre. In sundbhý parochia brummæ .V. ore cum dimidio solido, et III:or denariis terre. In litlautzwik parochia spangæ .III. solidi terre cum dimidio solido. In wikshæ eadem parochia XI. solidi terre, minus vno denario cum dimidio. In litlafrøsundhæ parochia solnø .II. solidi terre. In vthærstim [x:—stum] eadem parochia .I. ora terre. In kýmælinghæ parochia spanghæ .I. ora terre. et in bækæneberghæ parochia brummæ .II. ore terre. Hec quidem omnia predia prefata in dyocesi vpsalensi iacencia sunt et locata. In cuius rei testimonium, sigilla nostra vna cum sigillis discretorum virorum,

gher[ardi] swarthæ, curati in solnø. et lydolphu capellani domini thidemanni de gøzstrowæ consulis lýbicensis presbiterorum, necnon iohannis kastel, presentibus sunt appensa. Datum stokholmis anno domini. M. CCC°. quadragesimo septimo. feria secunda pasche.

*På baksidan:* Littera que ----- summa prediorum prebende sancti martini.  
Sigillen bortfallna; alla remsorna kvar.

4163.

1347 d. 3 April.

Linköping.

Biskop PETER i Linköping intyggar sig hafva hört borgaren i Skeninge Birger Magnusson yttra, att han lagligen upplåtit sina gods i Hundavad, Narvarö och Stalatorp (Stålarp) till Systraklostret vid St. Martin i Skeninge, såsom afbetalning på de 100 mark lödigt silfver, han för sina brott blifvit af Konungen dömd att erlægga. (Jfr. N. 4157, 4172).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Petrus dei gracia Episcopus lincopensis Salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus vniuersis Nos ex verbo viue vocis birgeri magnusson cuius skæningensis veraciter percepisse quod ipse birgerus omnia bona sua in hundæuadh. narwærø. et stalæthorp in parochia wibyskurustæin cum domibus. agris. pratis. siluis. pascuis. ac ceteris attinencijs in humido et sicco. prope vel procul positis sororibus apud sanctum martinum in skæningia in partem solucionis centum marcharum puri argenti ponderis coloniensis eisdem sororibus per dominum regem collatarum quas idem birgerus ratione suorum excessuum debuit exsoluere. assignauit secundum modum et leges patrie perpetuo iure possidenda, In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum, Datum lincopie. Anno domini. Millesimo. CCC°. quadragesimo septimo. tercio die pasche.

Sigillet, krossadt, i en linnekapsel.

4164.

1347 d. 3 April.

LARS THURESON, borgare i Linköping, gifver för sin graf till Linköpings domkyrkas byggnadsfond en åker kallad Ingelstad, hvilken hans stufson Johan Alikoson till honom afstått som bot för tillfogad lemlästning. (Jfr. N. 2944, 2945).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Omnibus presentes litteras inspecturis. Laurencius Thureson cuius lincopensis. salutem in omnium saluatore. Serie presencium notum facio vniuersis. me agrum quendam dictum jngelstadhi. quem johannes alikoson. priuignus meus.